



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Non immeritò & hisce temporibus, ubi obscuro nomine pestilitas per urbem spatians, obvios quosque Dei permissu sanguineâ falce metit, cum Ephræm: serm. 1. de penitentia tom. 1. omnes alloquimur: *Hic hic ostium penitentiae apertum est; festina peccator, priusquam illud occludatur. Ignoras, quâ horâ cœlestis Medicus ostium medicine suæ occludi jussurus sit. Accede obsecro, festina, ut curesis.*

Quam piam & necessariam admonitionem nemo Christianorum negligat, aut etiam per semihorulæ spatium suam penitentiam differat, quin hodiè, & hoc ipso temporis momento se corrigat, nec semper de misericordia saltem Dei sibi plurimum polliceatur; ille enim per patientiam quidem nobis promittit indulgentiam, non verò simul prolixiorē promittit vitam. ut ait Fulgent. tr. 33. in Job. Ingrati certè sunt, qui hodiernum habent, in quo corrigi à Medico possunt, illumque tamen negligunt diem. Unusquilibet potius Medici apertum ostium *jamjam* intret, *festinando*; itaque filios Israël imitetur, qui captivitate Ægyptiâ egressuri, & jugo servitutis Pharaonica se exempturi, tantâ celeritate id peragebant, ut urgentibus exire Ægyptis tempus non suppeteret panem jam semipistum coquendi; teste n. Scripturâ Exod. cap. 12: *tulit populus conspersam farinam, antequam fermentaretur, & ligans in palliis, posuit super humeros suos*: Sic omnis anima quæ jam diutius sub tyrannico peccati jugo captiva detenta est, statim ac monstri hujus deformitatem agnoscit, secumque firmiter statuit, eodem se jugo eximere & Ægypto egredi, adeò celer & festinans in exeundo sit, ut rebus aliis ad vitam necessariis neglectis, nihil aliud spectet, quàm ut celerrimè è peccato se proticiat, ad penitentiam, verum securitatis loco & Christi ad meritum unicum Salutis asyllum confugiat. Cumque ob summam animæ in morâ periculum versetur, omnes cum Zachæo Luc 19, 6. *festinent*, ne dum penitentia differtur, occluso ostio præcipiti tandem gradu in exitum ruant. Echinus certè spinis & aculeis oblitus, quò diutius parere differt, quò & majores in enitendo dolores & angustias sustinet; crescentibus enim aculeis, & partibus dolores crescere verisimile est. Non aliter cum peccatore se habet; quò diutius peccatorum echinos differt parere, quò & majores in iis pariendis sentit dolores, crescentibus namque spinis & aculeis, crescunt & difficultates, dolores, & remorsus conscientiæ. Omni ergò cū diligentia salutem operemur *quàm citissimè*, dum oleum etiâ gratiæ nobis sufficit, ne ipsæ paradisi portæ, & Medici cœlestis ostium nobis, uti virginibus fatuis Matt. 25, occludatur, tandemque durissimam Christi responsionem audire cogamur *non novi vos*: Surgamus potius cum prudentioribus quinq; emamus sine pretio, precibus tamen, & sumamus in vasis nostris, fidelibus licet, unâ cum lampadibus oleum gratiæ, ut omni horulæ momento parati simus, itaque cum animarum nostrarum Sponso, antequam janua misericordiæ claudatur, ad nuptias intremus æternas.

Ad quos etiam non sine dignâ præparatione *festinanter* pervenit Virgo lectissima, pudicissimaque, MARIA SCHÜRERIA, quæ & ipsa neglectis hisce mundanis omnibus per seriam penitentiam ad tutissimum securitatis optimi Medici ostium se recepit, ubi admissa, æternis nunc fruitur lætitiis. Ea primùm ingressa est vitam hanc XIX. Mens. Aprilis die, anno supra millesimum sexcentessimum, duodecimo, à Patre, viro Spectatissimo, Dn. Thomâ Schürero Halberstadenfi, civè quondam hujus, ut & Bibliopola primore; & Matre, CATHARINA Zachariæ Ulmanni itidem Civis ac lanii filia, qui Parentes, quo usque vixere, diligenter curarunt, quò & hæc Filia unâ cum reliquis ad pietatis & virtutis decus ab ineunte statim ætate, cum præceptis, tum & paternis & aliorum quoque; exemplis ac institutis sollicitè excitaretur. Posteaquam verò Virgo nostra jam denata adhuc bimula, Patrem XIV. Augusti anni 1610. & tandem etiam subsequenti anno 1611. die Mens. Junii XXX. Matrem quoque præter spem & opinionem amisisset, ex Dn. tutorum consilio vixit apud Sororem germanam, sceminam, dum in vivis erat, pietate & virtute præstantem CATHARINAM, Viri, rei literariæ æque succurrentis honoratissimi, Dn. Matthiæ Götzii, uxorem, quam ut Matrem alteram, non quasi Sororem complexa, coluit & observavit diligenter, eiq; in vita privatâ ac domesticâ adjutrix fuit sedula, in curandis videlicet iis, quæ ad conservandam rem familiarem quoquo modo pertinuerent. Moderatam quoque, non verò multatam ad instar exemplum elatam egit vitam, sed potius omnia illa crinium currita fastigia, omnes illos asceticos colores, & ornatum, illa mundi vexilla, vanitatis insignia, & lubricitatis fomites sprevit, firmiter secum statuens, corde contrito ac humili se Deo placere melius, quàm omni vestium luxu; quam mentis humilitatem, & publicis in conventibus Ecclesiasticis detexit, ubi verbum Dei salvificum studiosè cognovit, sacram Cœnam Dominicam quotannis aliquoties, assumpavit, quibus omnibus adjunxit lectiones sacras, nec non privatas preces & cantiones frequentissimas, illisq; quotidie se exercuit. Alias beata Virgo per omne vitæ suæ tempus ferè pluribus & variis subindè exposita fuit corporis infirmitatibus sexui femineo familiarissimis, à morte inprimis fratris dilectissimi, Dn. Christophori Schüreri, Philol. ac Theolog. Studiosi, ipso hoc anno Mense Junio denati, à quâ dura tamen valetudine aliquantisper respirans, spem habuit, à morbo jam undique grassante eò magis fore immunem. Verùm & illo proximo die Veneris Dei voluntate correpta, tantam illius mox sensit vehementiam, ut paucorum dierum spatio ægra facta, cum vires penè omnes deficere cœpissent, parùm vel nihil operante diligentia Medicâ, ad salutarem ex hac vita abitum se paratissimam fecerit, accepto in antecessum felicitatis sempiternæ saluberrimo viatico corporis & sanguinis JESU CHRISTI, proximo die Solis, quod quidem eâ animi devotione, fide ac fiducia de impetrata jam remissione peccatorum per absolutionem omnium, & spe vitæ ac beatitudinis æternæ concepta, assumpsit, ut nihil dehinc aliud suspiraret, quàm beatam emigrationem. Licet verò sequenti die Lunæ horis matutinis aliquam senserit piè denata morbi remissionem, à meridie tamen, ejusdem savities residuum corporis florem extinxit: Ita consopita placidissimè illo ipso die circa quintam vespertinam inter suspiria, inque placida Salvatoris sui agnitione fideque non fluxa animam DEI in manum, anno ætatis vigesimo primo resignavit. Officii autem ratione monemus Cives Academicos, ut & ipsi ad exemplum Virginis maturè verâ penitentia animæ Saluti consulant, & quò eò magis incitentur, Nobiscum à meridie horâ III. in platea Grimmensi conveniant, Virginiq; denatæ exequias decentes, suæ simul mortalitatis memores, eant, itaque toti familiæ Schürerianæ gratum præstent honorem. PP. V. Mens. Septembris ANNO CHRISTI 1612.

LIPSIÆ, Typis Hæredum Abrahami Lambergerii.

UNIVERSITÄT BVDZIALIT

DECKLIV

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Medico possunt, illi
Israëlimitetur, qui cas
re. Egyptiis tempus no
quam fermentaretur
detenta est, statim ac
& festinans in exeunc
rentiam, verum secur
culum versetur, omne
Echinus certè spinis &

On immeritò & hinc temporibus, ubi obscuro nomine pestilitas
per urbem spatians, obvios quoque Dei permissu sanguineâ falce metit, cum Ephraim. serm. i. de penitent: to m. i. omnes
alloquimur: *Hic hic ostium penitentiae apertum est; festino peccator, priusquam illud occludatur. Ignoras, quâ
horâ cœlestis Medicus ostium medicine sue occludi iussurus sit. Accede obsecro, festina, ut curesis.*

Quam piam & necessariam admonitionem nemo Christianorum negligat, aut etiam per semihorulæ spa-
tium suam penitentiam differat, quin hodiè, & hoc ipso temporis momento se corrigat, nec semper de misericordiâ
m, non verò si-
in quo corrigiâ
to; itaque filios
urgentibus exi-
farinam, ante-
ati jugo captiva
gredi, adeò celer
ripiat, ad pœni-
nâ in morâ peri-
n exitium ruant,
nibus enim acur



leis, & partus dolores crescere verisimile est. Non aliter cum peccatore se habet, quò diutius peccatorum echinos differt parere, quò & majores
in iis pariendis sentit dolores, crescentibus namq; spinis & aculeis, crescunt & difficultates, dolores, & remorsus conscientia. Omni ergò cù dili-
gentiâ salutem operemur *quàm citissime*, dum oleum etiâ gratiæ nobis sufficit, ne ipsæ paradisi portæ, & Medici cœlestis ostium nobis, uti vir-
ginibus sanis Matt. 25, occludatur, tandemq; durissimam Christi responsonem audire cogamur *non videtis vias: Non novi vos*: Surgamus potius
cum prudentioribus quinq; emamus sine pretio, precibus tamen, & sumamus in vasis nostris, fidelibus licet, unâ cum lampadibus oleum gra-
tia, ut omni horulæ momento parati simus, itaq; cum animarum nostrarum Sponso, antequam janua misericordiæ claudatur, ad nuptias
intremus æternas.

Ad quos etiam non sine dignâ præparatione *festinanter* pervenit Virgo lectissima, pudicissimaq; MARIASCHÜRERIA, quæ & ipsa ne-
glectis hisce mundanis omnibus per seriam penitentiam ad tutissimum securitatis optimi Medici ostium se recepit, ubi admissa, æternis
nunc fruitur lætitiis. Ea primum ingressa est vitam hanc XIX. Mens. Aprilis die, anno supra millesimum sexcentessimum, duodecimo, a Pa-
tre, viro Spectatissimo, Dn. Thomâ Schürero Halberstadeni, civis quondam hujus, ut & Bibliopola primore; & Matre, CATHARINA
Zachariæ Ulmanni tidem Civis ac lanii filia, qui Parentes, quo usq; vixêre, diligenter curarunt, quò & hæc Filia unâ cum reliquis ad pieta-
tis & virtutis decus ab ineunte statim ætate, cum præceptis, tum & paternis & aliorum quoq; exemplis ac institutis sollicitè excitaretur.
Posteaquam verò Virgo nostra jam denata adhuc bimula, Patrem XIV. Augusti anni 1615. & tandem etiam subsequenti anno 1616 cxxvi.
die Mens. Junii XXX. Matrem quoque præter spem & opinionem amisisset, ex Dn. tutorem consilio vixit apud Sororem germanam, formi-
nam, dum in vivis erat, pietate & virtute præstantem CATHARINAM, Viri, reilitariæ æquè succurrentis honoratissimi, Dn. Matthie Götzii,
uxorem, quam ut Matrem alteram, non quasi Sororem complexa, coluit & observavit diligenter, eiq; in vita privatâ ac domesticâ adjuvix
fuit sedula, in curandis videlicet iis, quæ ad conservandam rem familiarem quoquo modo pertinuêre. Moderatam quoque, non verò